## Io. An. Comment. in Quartum Decret.

episcopo, supra de despon. impo. duo. & ca. de illis, & c. continuebatur, uel coram ciuis officiali, supra de frigi. cap. 1. & si non potest habere illorum copiam, reccurrat ad presbyterum, & tandem ad vicinos bonae famae, ar. in his, quæ no. de fri. laudabilem, ut tamen quam cito poterit, coram episcopo ueniat, etiam ei publicet, ar. supra de ap. si iustus, infra de sen. excom. decætero, in fi. secundum Host. [Anno] completo, & dicit Hosti. hunc text. expresse contra illos esse, qui dicunt, quod per numerum annorum non probatus pubertas, de hoc supra de despon. impo. c. 2. &c. 3. sed contra hunc tex. opponitur, certum est, quod nō currat præscriptio ei, qui negligens non est, & cui nil potest imputari. Pupillus autem habet iusta causam ignorandi etatem suam, ignorat enim quid uideat. C. de fal. mo. l. i. ad fi. ff. de arbi. diem proferre. §. corā nec debet sapientium iura tractare. C. de testamento mi. l. si. sed nec illi currat temporalis præscriptio, imo ipso iure seruatur illæsus; & in illis, quæ sibi currunt, restituitur. C. in qui. cau. in inte. resti. non est necessaria. fancinus. sed & semper debet esse iusta ignoratia excusata, infra de cle. ex. mi. apostolice, & infra c. fi. nec tenerur scire iura. ff. de proba. cum de indebet. §. 1. & infra c. 1. Quare ergo non auditur puerilla, licet circa. i. 2. an. non reclamauit? Respō. speciale est in hoc casu matrimoniali propter uiranda pericula animarum, ar. supra ut li. non conte. c. fi. §. 1. & in fauorem matrimonii, supra e. uidetur. §. fi. sicut & illud, quod tales facti puberes habent personam standi in iudicio etiam per procuratoreni, de rest. spo. ex parte, qd die. ut de iudi. c. fi. li. 6. nec currat præscriptio pupillis nisi demum factis puberibus, uel circa, ut hic pater, & supra de despon. impo. de illis. 1. & 2. quando iam sunt plusquam dol capaces, quibus etiam delictum imputatur, infra de delic. pue. c. 1. & sic non ob. l. superius inducit, quæ loquuntur in pupillis, maximè nō dol capacibus, post sunt etiam tales certificari de annis audiendo à parentibus, qui confueuerunt sepe hoc referre. Tali die complebit filius tot annos. 22. q. s. hoc uidetur, tamen considerata ueritate hoc est speciale, quod talibus potius parentum, quam sua taciturnitas imputatur. Parētes enim melius scire possunt metam annorum suorum, quæ ipsi, prouideant ergo eis, si uident ipsos dissentire, sicut saepe faciunt, ducendo eos coram episcopo dicendo, Domine talis filia mea, uel consanguinea uenit coram uobis, & reclamat contra sponsalia, quæ contraxerat cum tali, ne possum c. inducere, quod uelut in ipsum matrimonialiter consentire, finaliter si dicas, quod hæc iura iusta, & quæ in dura sint, Respondere possum tamen reipublice expedienter, uel ad minus sic scripta. unde & sic oporet illa seruari. ff. qui & à quibus nra prospexit. 6. q. 3. scriptum Ho. [Accedente] sup. non reclamauit, quod potuit, ut præcedit sed ipsum traducta compleuit tribus diebus post completionem elapsis, quare contradicere non potuit: imo fuit præsumptum matrimonium, etiam si cognita non fuisset, quod dic, ut supra de despon. impo. de illis, infra uide, quod dixi, eo. ti. capit. ult. super uersic. nubilis. multo minus potest contradicere, ex quo semel etiæ copule confensit. Præsumitur autem consensisse, ex quo circa carnis copulam uiolenta non allegatur, quod dic, ut supra de spon. is. qui fidem. secus ergo, si fuisse inuita cognita, ut ibi no. & proba. 16. qu. 3. prima, in fi. & 1. q. 1. conflat, Host. [Ratihabitione] præsumpta ex duobus scilicet ex lapsu temporis, & carnis copula, sic supra de spon. ad id quod, de regula. cum unrum licet unum per se sufficeret, ut supra not. Hosti. 5. ¶ Vlt. glo. 2. rguit, quod ratihabitio &c. ¶ In gl. pe. ibi. 6. maiorem vide de spon. ad id quod, super gl. 2. ¶ In t. fi. 1.

## S V M M A R I V M.

- 1 Accusans propter quæstum, præsentim matrimonium repellitur, & peccat num. 2. & ex officio num. 4. & qua alia de causa repellatur, nu. 4.
- 2 *Lucro preferre debemus maritalem concordiam.*  
Calumnia, et corruptio ut probetur, & nu. 3. & quando calumnia præsumatur, nu. 3.
- 3 *Doloſus, uel calumniōſus nemo præſumitur, & qui potiſſimum.*
- 4 *Denunciatio debet esse fine criminis.*
- 5 *Matrimonium non accusatur nisi ab uxore, à ceteris denuntiatur.*  
Anima periculum ubi uertitur officium suum debet index interponere etiam non petente, & inuita parte, ut in fi.
- 6 *Epilogus, & suffragium glossarum, & nu. 9.*  
Doli uel quis premium ferre non permittendus.
- 7 *Suppletio glossarum.*  
Documentum alterius ubi est, & utilitas tua est, non repelleris, secus si tibi nihil conducat, & supra nu. 6.  
Quæſitus turpis quando præsumatur accusatoris. §. 1.  
In matrimonij contractu an gratia conferatur, remittit, uer. mor. deni.

## C A P V T . V.

- I**gnificantē. Ca. Repellitur accusans matrimonium propter quæstum, & in prima parte ponitur facti narratio. in secunda cause commissio. 2. ibi. Cum igitur dicebat Hosti. ad extorquendam pecuniam, ut patet ex facto, calumnia accusatio, calumnię probatio, seu enidens præsumptio, calumnioris repulsi. [ipsum] mulieris, uidens forte maritum multum accensum in ipius amore, secundum Host. [Extorqueret] licet in hoc mater t̄ graniter peccet, si tamen filia esset conscientia, magis diceretur peccare quia temporali lucro præferre debuit maritalem concordiam. C. de inst. & subtit. reprehendenda. C. de condi. inferl. 1. 2. ff. de inof. test. l. filia, supra de iure. Quintauialis [Opera] quia forte publicatis testibus apparel in probatum uel falsi testes, quos inducebat, reuelauerunt hanc iniquitatem ante testimonium postea enim nō credere eis, supra de testi. sicut [Pecuniam] quod forte fecit tractare per aliquem mediatorem, quod forte potest probari ad hoc. ff. de proxene. l. 2. & 3. unde & sequitur, si est ita. Hosti. [Si est ista] scilicet quod calumniōſe mouerit hanc accusationem, sed quomo do constabit, de hoc, cum nemo præsumatur dolorosus, uel calumniōſus, ff. de proba. quot. §. qui do lo. supra de præsump. c. fi. & mater minus, quam extraneus, unde & est ceteris præferenda, & sic est contra, supra eo. uidetur. So. dic, quod hoc probabitur per testes, cum quibus tractatū habuit, & quos corrumperet conabatur, uel per mediatores, per quos pecuniam postulabat, ut dictum est supra, uel quia publicatis attestationibus, per quas nil probauerat, uult alios producere testes, sed non audietur, q. a præsumitur calumnia contra ipsam, ar. supra de do lo, finem, infra de poenis, calumniā. Host. [Ab accua- cione] forte & generale est, ut nullus admittatur ad ac-

## Qui matrimonium accu. pos.

63

tionibus, per quas nihil approbauerat, vult alios p- ducere testes, sed non audietur: quia præsumitur calumnia contra ipsam, ar. supra de dolo, finem, inf. de poenis, calumnia. Host. [Ab accusatione] forte gene rale ad est, ut nullus admittatur accusationē, si constat, q. mala intentione dicitur, uel forte locum habent tantum in denūciatione, ubi denuntiatio debet esse sine crimine. 7. qu. 1. in grauibus. Matrimonium enim propriè non accusatur nisi ab uxore. nam cū sit publicum crimen, non admittitur, nisi quorum interest, sed denunciari dicuntur crimen, in quo manent, ar. infra cap. prox. supra de despon. impo. ad dissoluendum, Inno. [Repellentes] etiam ex velto officio in hoc casu, ubi imminent periculum animæ, ex quo constat de calumnia, quamvis etiam nil obice ret aduersarius, de except. exceptionem, uel expresse contentire, ff. de postu. quos prætor, supra de elect. 3. cum nobis, Host. ¶ In glo. 1. ponit duos casus, quibus &c. ¶ In glo. 2. alle. 1. concor. dat simile, arguit, & tenet

6 contrarium. ¶ In glo. 1. ibi in fundo] uide de simo. nobis super gloss. 3. [ibid. ita deum] in pœnali stipulatione compromissi tacite intelligitur, ne quis doli sui præmium ferat [ibid. aut licet] ibi uxor nocet naturalibus, qui succederent in duabus uincis, & sibi nō proficit; quia excluditur ab agnatis. ¶ In glo. 1. ibi. licet] ad idem infra de concep. præbē. c. pe. li. 6. sed ibi, sibi proficit: quia citius consequitur præbendam, licet nō illam, in qua nocet [ibid. paenitentia] solemnis [ibid. sequentis] quia non iteratur. 1. di. quamvis. ¶ In glo. 2. ibi. probilentur] ibi dicitur præsumti turpem quæstum accusatoris, qui duo iudicia habet contra duos reos, & ibi de hoc. & in fi. Jmoderni theologi hoc abhorret. de hoc. 1. q. 1. quicquid inuisibilis, & 2. q. 2. honoratur. & de hoc dixi de sacra un. c. uno, circa prin. uersi. de secunda, & uide quod dixi de simon. cum in eccl. clesia.

## A N N O T A T I O N E S.

- 2 Calumniā. An quis eo solo præsumatur calumniari, quod non probavit, sentit iste, quod sic eriam in matrimoniali causa. ui de Bar. in l. athletas. §. calumnioris. ff. de his, qui no. infa. & in 1. 1. ff. ad turpil.
- 3 Hosti. [Teneris] puta t minor. 14. secundum quodam: uel forte sufficit, quod sit doli capax, infra de del. c. pue. c. 1. quia cuiilibet, qui peccare potest, dictu est illud. Si peccauerit &c. 2. q. 1. si peccauerit. 24. q. 3. tam fæcerdos. alias regulariter nō admittitur minor agens, instit. de curato. §. item inuiti, secundum Inn.
- 6 [Aliis t causa] quæcunque sit illa. præmissis. n. clausulis specialibus hac generalis omnia comprehendit. sic supra de rescrip. fædes, de commo. c. uno. ff. de nego. ge. negocium. ff. si quis cau. sed & si quis. §. quæsumit. Hosti. puta excommunicatus erat illo tempore, & sic non fuisset admissus ad accusationē, Pe. 7 & Abb. [Legitima] ad arbitrium t judicis, ex quo non specificatur aliter. §. de of. dele. de cau. nec n. posse sunt omnia specificari. ff. de legi. nō possunt. ff. de p. uerbis. l. 4. Hosti. [Tunc] s. quando præstant iuramentum tale, nec alias sunt suspecti: alias cōtra. §. de spō. cum in tua [Ilos] à quibus audiuit [Culpabilis] no. ¶ 8 quamvis in cau. matrimonialibus testis suspectus repellatur, & si culpabilis non sit, supra de testi. licet, non tamen accusator, imo necesse est ad hoc, ut repellatur, q. suspicio ex culpa propria oriatur, ut hic, & supra eo. significante, secundum Iacobum. Nam in causis matrimonialibus impropriè dicitur accusator, supra de procu. tuæ Ho. ¶ In glo. 4. obiicit, & soluit. ¶ Antepen. glo. alleg. tres concor. querit, arguit pro. & soluit contrarium, finis respondet per quæst. ¶ Penul. gl. inducit duas concor. & clicit unum no.

Communio quid dicatur.  
16 Sententia an opus sit hic, ut nullus post termini lapsus audiat.

## C A P V T . V I.

**Vm in tua.** C. Repellitur ab accusatione matrimonii, qui denunciationis tempore ta-

cuit, nisi denunciationem probabiliter ignorauerit, uel iuret de nouo didicisse, quæ nūc malitiosè non obiicit, & primò ponitur quæst. 2. ibi, super quo, distinguens solutio, & secundum membrum ibi, alioquin, quod primò soluit, causam interserens. Secundo excipit ibi, nisi. exceptionem amplificat ibi, quia, & causam reddit ibi, Quoniam. & ut dicit glo. pars huius, de spō. cum in tua, & alias duas ibi adda.

[Post contractum] non ideò dicit, quia ante contractum

2 t facilius auditur. facilius enim impeditur, quæ soluta

trum, supra de spō. cum in tua, & c. præterea [Bannū] i. denunciationes, alibi ponit pro mandato sub pœna pecuniaria factio. 16. q. 1. statuimus. Gofr. Erant au

tem banna, quod scientes impedimentum intra cer

3 tum tempus deferrent, de clande. despon. c. fi. de ua- riis t editis uide, quod dixi de except. dilecti, in glo. ergo erat. dicebat autem hic Innocē. quod locum ha

bent generalia edita, ubiq; plures admittuntur ad agendum, uel contradicendum, uel aliquod simile, ut in restitutione, in matrimonio, in adoptione, & in natalibus, supra qui si fint le. lator. ff. de adop. nā ita. C. si. ut se ab heredi. ab. aut. ibi posita. Et est ratio, quare in talibus proponitur sic generale, quia ne

scitur, quæ certa persona debeat citari, sicut dicitur de electione actionum, ff. quorum leg. l. 1. §. 2. [Feruare] adeò quod t furiosus erat, uel quali, scilicet factus era. Phreneticus, supra de reg. sicut tenor, & c. sicut

nobilis, supra de succel. ab intella. c. fi. Ho. [Exilium] po test esic exemplum uerbi præcedentis, ut sic hoc ac

ciderit ex infirmitate, uel est exemplum per se, & sic intelligitur de furioso habente dilucida interualla,

qui denunciationis tempore inciderat in furorē. C. de cur. fu. l. penul. 3. q. 9. indicas. 7. q. 1. quamvis triste.

5 Hosti. [Teneris] puta t minor. 14. secundum quodam:

uel forte sufficit, quod sit doli capax, infra de del. c. pue. c. 1. quia cuiilibet, qui peccare potest, dictu est illud. Si peccauerit &c. 2. q. 1. si peccauerit. 24. q. 3.

tam fæcerdos. alias regulariter nō admittitur minor agens, instit. de curato. §. item inuiti, secundum Inn.

6 [Aliis t causa] quæcunque sit illa. præmissis. n. clausulis specialibus hac generalis omnia comprehendit. sic supra de rescrip. fædes, de commo. c. uno. ff. de nego. ge. negocium. ff. si quis cau. sed & si quis. §. quæsumit. Hosti. puta excommunicatus erat illo tem-

po, & sic non fuisset admissus ad accusationē, Pe. & Abb. [Legitima] ad arbitrium t judicis, ex quo non specificatur aliter. §. de of. dele. de cau. nec n. posse

sunt omnia specificari. ff. de legi. nō possunt. ff. de p. uerbis. l. 4. Hosti. [Tunc] s. quando præstant iuramentum tale, nec alias sunt suspecti: alias cōtra. §. de spō. cum in tua [Ilos] à quibus audiuit [Culpabilis] no. ¶

8 quamvis in cau. matrimonialibus testis suspectus repellatur, & si culpabilis non sit, supra de testi. licet, non tamen accusator, imo necesse est ad hoc, ut repellatur, q. suspicio ex culpa propria oriatur, ut hic,

& supra eo. significante, secundum Iacobum. Nam in causis matrimonialibus impropriè dicitur accusator, supra de procu. tuæ Ho. ¶ In glo. 4. obiicit, & soluit. ¶ Antepen. glo. alleg. tres concor. querit, arguit pro. & soluit contrarium, finis respondet per quæst.

¶ Penul. gl. inducit duas concor. & clicit unum no.

¶ VI.

## Io. An. Comment. in Quartum Decret.

Vlt. glo. ponit diuersitatem, quærit de ratione ipsius, & soluit iterum quærit, arguit pro, & cōtra, ponit op. Io. ¶ In glo. ante p. ibi, diffamari. Juide in ca. licet, fū per. i. glo. ¶ In gl. ult. ibi, uitia Juide de resti. spo. sepe, super glo. pe. ¶ ibi, cum quidam, infi. si fundus est per fideicommissum restituendus libertis, quos uoler hæres, sicut quærum prætereat iustum tempus, quo poterat hæres eligere, mortui sunt alii liberti, debetur superfiti. ¶ ibi, i. filius. 2. Juide de testi. cum uenisset, super glo. 2. ¶ ibi, promiso] Juide de ata. & qua. præterea, super ult. glo. ¶ ibi, ab eo] Juide de renun. post trā statio[n]em, super glo. statim. ¶ ibi, quod dicimus] Juide d' elec. quia propter, super glo. 1. incontinenti. ¶ ibi, § ult. Jincipit, sed quod simpliciter, uide de loca, potuit super. 7. gl. ¶ In glo. 1. infi.] & de testi. cum in tua, & de deci. cum in tua. ¶ In glo. 2. infi.] dixit Hosti. quod hæc gl. cadit competentiū super uer. exsistebat. unde exponit, uel aliás etiam in præsentia non potuit, ut qā surdus erat, nec intelligebat, quid ageretur supra de spon. cum apud: quia nullo modo audiebat. C. qui tēsfa. pos. discretis. ¶ In gl. sed quomodo, ibi, impedimentum] uel sciebat consanguinitatem, sed non cōprehendebat, quod illa impediret matrimonium. ¶ In gl. & idem infi.] & per hæc iura t̄ arguit Ho. quod omnes illi, qui sunt de diec. astringuntur ad statuta synodalia. ¶ In gl. & ita, ibi, licet] & de test. præsentium, li. 6. ¶ ibi, tua} & ibi, hoc tenet Ber. & Ho. præcise, quando sit dentūcatio ad peccatum corrigendum. ¶ ibi, dicas. Secundū Ioā. & Vin. ¶ ibi, dixi forte] hoc dixit, quia Io. & Vin. non posuerunt illud, forte. ¶ ibi, non prodest] idē Phi. 3. ¶ ibi, prædicat eis] quin t̄ ipsi, uel alter ip. forum posint impedimentum deferre. & matrimonium accufare. ¶ infi. Quid de illo, qui tacuit, quia alius cōtradicet, quem postea docet fuisse prævaricatū, nō nocet. ff. de præua. l. 3. Host. aliás uero, si illum nō doceret prævaricatum, non audiretur, secundum Inn. etiā illud ignorasset, scilicet alium accusasse, de hoc infra de accu. de his. ¶ In gl. pe. ibi, eliditur] tu dic, quod iuramentum non elidit hanc præsumptionem, quia non præstatur hoc super eo, de quo erat præsumptio scilicet super ignorātia edicti publicè propositi, sed super ignorantia impedimenti. ¶ In gl. ult. ibi termino] quid si nullum tempus fuisse prefixum, ueniat tūc infra modicum tempus, tamen cum quodam temperamento est hoc intelligendum per iura, quæ infra ad hoc alle. glo. secundum Inno. & Hosti. & uide quod dixi, de ap. cum parati, in glo. forte certum. ¶ ibi, lo. dixit.] & Vin. ¶ ibi, integrā] ad hoc infra de præben. si tibi. Go. dicebat eum admittendum usque ad diem solemnis benedictionis, quæ debet consummationem præuenire matrimonii, 30. q. 5. c. 1. & 2. & ca. sponsus, quod reprehendit Host. dicens cum glo. & forte Gof, habuit eundem intellectum secundum illorum locoru consue. ubi in benedictione, uel post matrimonium contrahitur. ¶ ibi, admitti] etiam si in banno fuerit dictum, quod post terminum non audiatur, argu. op. ff. de opti. le. l. mancipiorum, & l. si opio. §. fi. secundum Inn. secundum quem, ubi decretum t̄ cū causa cognitione interponitur, est omnino seruandum. C. comm. ep. l. ea. quæ, elaps, etiā tempore à lege constituto, non liceret aliquid proponere. C. de adul. ob commissa, etiam si lex sit municipalis. ff. de decur. ab or. fac. l. fi. ubi uero decretū interponitur sine causa cognitione, potius censetur comminatio, quæm diffinitio. C. comm. ep. l. interlocutio, & idem Hostien. & uide, quod dixi, de resti. in integ. c. 2. super glo. non uidetur, & super ult. glo. & quod dixi de procur. in nostra, super glo. ult. uer. ad hoc dicendum, & cum uer. seq. & infi. Jad hoc su pra. qui si. sint. lator. C. de remis. pi. si eod. C. si ut

se ab hæredita. ab. aust. ibi, posita. Dicunt tamen quidam sententiam hanc scilicet, quod nullus deca tero contra illud matrimonium audiatur, necessaria esse ad hoc, ut nō audiatur. C. de ingenuis ma. diffamari: sed ad hoc prodesse sententia: quia & si matrimonium non sequitur, post sententiam non audiatur: secus, si non esset lata sententia, ut dictum est, secundum Innocen.

## A N N O T A T I O N E S.

1 Inno. Vide glo. in. c. si tibi absenti, de præben. lib. 6. & ad matrem faciunt iura de purgatione morę loquétia, de quo in c. mora, de reg. iu. li. 6. & uide glo. post tempus, in. c. quia diuer sitatem, de conc. præb. & plene Bar. in. l. si insulam. ff. de uer. obliga.

## S V M M A R I V M.

- 1 Continuatio, seu dispositio tituli.  
Diuortia duplicitur finit.
- 2 De eis ubi tractetur alibi, quād in hoc titulo.

## De diuortiis. Rub.

1 Viso & qualiter matrimonia coniungantur, & accu sentur, uideamus, qualiter dissoluantur, & sic de diuor. quæ siunt quandoq; quod ad uinculum, quandoq; quod ad mutuam seruitutem tantum, ut inf. pa 2 tebit. habetur t̄ materia. 28. q. 1. & q. 7. per totum. 33. qualit. 2. 3. 5. qualit. 6. ab isto, & duobus capitulis sequ. & q. 9. per totum, congruit Rubrica, de transla. ca. 2. & ult. de testi. Albericus, de iure iuruan. Quintauallis, & capit. sequ. de regula. ueniens, de excess. prælat. quam sit.

## S V M M A R I V M.

- 1 Consiliata pro machinata.  
Homicidij non tenetur defendendo commissi.  
Glossa olim facta de contextu postea.
- 2 Decretali huic quando locus.  
Viri fama, & malo fortius uite parare tenetur uxor.
- 3 Cum uxore infideliæ uite an & quando teneatur uir cohabitare.  
Machinata in virum in quam incidat pena, ad dictio. coniugij.
- 4 Machinatio sola sine adulterio an dirimat matrimonium postea cum interfectoro contractum.
- 5 Epilogus, & additio glossarum, nu. 6.  
Matrimonium quæ criminis dirimant, remissi.

## C A P V T . I.

1  I qua mulier. Breue consiliata] & si machinata, supra de eo qui de in ma. significasti. Host. [Illum] qui de cōsilio uxoris ipsius volebant occidere. Defendendo] idē nō teneretur, de hom. c. 2. [Post mortem uxoris] hæc olim erat glo. Alani, aliás dici oportebat decre. correctam, & loqui secundum leges, quæ etiam non tenent. C. de repu. consensu, in aust. de nupt. §. occasionem, & in aust. ut li. ma. & aui. §. quia uero. 2 Vin. dicebat t̄ decre. loqui, cum mulier propter adulterium infidiabatur uiro: quæ enim fama uiri parce retenebatur, multo fortius ipsius uite. ff. de adult. si adulterium. §. si liberto. & hoc dicebat, propter an quæ dicebat, quod hoc casu uir poterat dimittere uxorem

uxorem. Infideliæ] uite mariti: alias mediatrix nun quid t̄ cogetur uir habitare cum uxore, quæ sic infideliatur, nec refrenari potest: non puto, ex quo nulla potest cautione mederi. imò potest ciici, & restitutio[n]em petenti obstat hæc exceptio, supra de rest. spo. litteras. §. fi. attamen, quandiu uiuet, contrahe re non poterit, infra capit. prox. [Penitentia] sic supra de eo, qui co. con. transmissa, Hosti. [Coniug] scilicet istius, in quo modo est, si maritus contra eam uelit excipere, & post mortem sine spe cuiusq; alterius. & dicit Hosti. hoc est contra op. Gof. quod sola t̄ machinatio sine adulterio, non dirimat matrimonium postea cum interfectoro contractum. hoc no. de eo qui du. ca. fi. nam si sola machinatio tollit beneficium huius coniugii, & cuiuslibet al. erius, ut hic cōtra de cre. ultimam. de spon. fortius debet dirimere matrimonium tam inique cōtra dictum [Subiecta] post mortem mariti. Pe. & Abb. ¶ Gl. 2. arguit, alle. 4. iura signat unum cōtrarium, & ibi remitt. finis soluit quæ stionem. ¶ In gl. 2. infi. idem Hosti. qui circa criminis, quæ dirimunt, remittit ad ea, quæ no. in sum. de matrimonio. §. quælibet impeditur, uer. sunt & alia quædam, & se. & de spon. §. fi. uersi. item decimò.

## S V M M A R I V M.

- 1 Coniuges propter alterius crimen non separantur, excipitur causas.  
Ob fornicationem spirituali an separatur matrimonium etiam quod ad solutionem debiti, & nu. 2.
- 2 Sanctorum, & Apofolicorum interpretationi scandalum.  
Factum pri conatu ponitur, ad uerb. traxerit.
- 3 Additio glossarum.

## C A P V T . II.

1  Væsiuit. C. Coniuges t̄ propter alterius crimen non separantur, nisi spiritualiter fornicentur; & tunc durat coniugium eis etiam separatis. & sunt tria dicta. secundum ibi, Verum, tertium ibi, in uiris [Crime] quodcunq; sit illud. de vitio sodomitico dicam, infra de adul. maritis [Viris]. i. à viro commisso. multo minus propter proprium, supra capit. prox. [Nisi] non excipit à dictis, sed dicendis. Inno. imò à dictis, in quantum dixerat, uel alio crime (¶ de iudeo) sunt, qui dicunt, quod pro spirituali fornicatione non separatur matrimonium nisi quod ad mutuam seruitutem. unde tali sententia non obstante quod ad solutionem debiti omnino remanent obligati, & præcipue motientur ex eo, quod solam causam fornicationis excipit, & constat, quod loquebatur tantum de carnali. Host. dicit hanc op. erroneam nam dominus non expressit specialiter carnalem, sed potius in distincte locutus est, ut patet Matth. 19. ergo indistincte debet intelligi, ad hoc supra de pri uileg. quia circa: & sancti & apostoli interpretationi sunt, hoc idem intelligentium de spirituali, ut. 28. q. 1. uxori, & c. fe. ad hoc infra eo, de illa, de conuer. coniug. capit. fin. & corum interpretationi stari oportet, ut patet qui fil. fint leg. per uenerabilem. §. rationibus, de cele. mis. cum Martha. §. 1. de conuer. coniug. ex publico, & c. ex parte. & in fidei fauorem expedit sic sentire: aliás timeri posset, quod infidelis contentus de debiti solutione non curaret ad fidem reuertit, & si debito se uideat fraudatum, facilius reuertitur, ut colligi potest, infra eo. gaudemus, secundum Hosti. (Infidelitatis) idem, si ad aliud peccatum, inf. eo. quanto, quod dic ut ibi. Innocen. (Malificum) i. ad corruptionem fidei, idest idolatriam. T. (Traxerit) i. con-

trahere. Innocen. [Alij] primo uiuente, supra capit. prox. [In uiris] supra de spon. ex parte [Sententia] ponēdo, scilicet casu éconuerso. ¶ In gl. 1. ibi, supra c. prox. quod dic, ut ibi dixi. ¶ Ingl. ult. infi. & infra eo. gaude mus, uersi. si ergo.

## S V M M A R I V M.

1 Vxorem uir non potest dimittere sine iudicio ecclesia etiam propter notorium impedimentum, an propter fornicationem, numer. 3.

De matrimonij impedimento etiam sola fama deferente potest epispi inquirere, & confessio[n]es coniunctorum, & quorum nu. 5.

2 Episcopus, ergo discretus, & ratio, Ad eius officium que pertinet circa matrimonium nu. 6. & 12.

Talis quis presumitur esse, qualis esse debet in eo officio, cui proponit, nisi euidenter appareat contrarium.

3 Suspicio violenta comparatur factio. Fornicariam uxorem qui admittit scienter absq; reconciliacione, puniendus est. Debitum coniugale quibus casibus hic lecit uiro denegare uxori, etiam excommunicato.

4 Uxor superinducta non excommunicanda, nisi discedat à uiro, nisi sit quieta, uel uocata, ut interficit. Impedientem quemlibet executionem iudicis potest excommuni care iudex.

Inter publicum, & manifestum differentia. Confanguinitas, uel parentela quorum dicitur notoria.

7 Grantia quomodo adhibetur, si eam adhiberi mandetur.

8 Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 9.

10 Additio glossarum, & nu. seq. Ordo iuris an, & in quibus seruandus in notorijs.

11 Diuortij sententia an & quo casu sit pena. Spoliatus in causa matrimoniali quando sit restituendus.

## C A P V T . III.

1  Orrō. Casus, Vir non t̄ potest dimittere uxorem sine iudicio ecclesia etiam propter notorium impedimentum coniugii, etiam nemine oppone[n]te episcopus potest inquirere 2. ibi. Præterea (Eam) scilicet uxorem [Cognatam] idest consanguineam. Hosti. uel propriæ: quia forte fuerat uxor fratriss ipsius uxoris defunctæ, uel forte, & ipsa, & uxor comitis defunctorum, fuerant prius uxores duoru fratrum, & sic aliquando secundum, uel tertium genus affinitatis, qđ bene habebat prohibitionem secundum hæc tempora, supra de eonsan. non debet [Proponit] sed non probavit, nec ad iudicium ecclesie super hoc recursum habuit, ut sequitur: aliás iusta est causa detendi diuortium. Hostien. [Prudentia] ex quo t̄ episcopus, ergo discretus, quia talis debet esse, de eonsan. capit. 1. in fin. nisi propter euidentis factum appareat contrarium, supra de tempo. or. uel non est. Hosti. [Notoria] per publicam famam, aliás uix posset esse notorium. Innocen. Hostien. contra per id, quod sequitur in fin. [Absq; iudicio] duas huius iuris causas ponit 3 glo. dixit Hosti. quod t̄ communis est opinio, quod etiam propter fornicationem non licet uiro relinquerre uxorem, nisi sententia prius lata. Ipse tamen dicit, quod quo ad debitum reddendum iam est sententia lata à iudice Iudicuni, qui ob causam fornicationis ipsam iubet relinqui, ubicunq; est fornicatio, uel fornicationis suspicio, scilicet violenta feciduum. Io. 3. 2. q. 1. dixit. aliás, si non reconciliatam sciēter cognoscet, puniendus est. ea. quæstio. si quis uxorem & c. fe. quod tamē ad aliam mutuam seruitutem potest hoc facere, non tamē est necesse. unde fecit. dum

## Io. An. Comment. in Quartum Decret.

dum Aug. dominus hoc permisit, non ius sit q. 7. cā. 1. & capit. 2. & cap. aliás, & capit. sequ. de eo, qui cog. discretionem, uerific. nam & si. & ideo propter hoc non est recurrēdum ad alium iudicem. primò quia semel concessum est. ff. de condi. insti. quæ sub cond. §. fin. 28. dist. de his. secundò si contra pronunciaret, non ualeret sententia, ut in p̄e. capit. de his, & 2. dist. inferior. quantum ad lucrandum dōtem dōminus nec iubet, nec permittit: quia nec de hoc loquitur, & ideo est ad iudicem recurrentum, de hoc infra tit. 1. plerumq; ubi tamen quò ad debitum, & mutuam seruitutem, etiam ob causam fornicatio- nis sine auctoritate ecclesiæ uxor relinquitur, semp ecclæ ipsam audiet, donec sibi fuerit de adulterio facta fides, infra cap. sequ. quia non iudicat de occul- tis, infra de simo. tua, in fi. uir autem aut eam recon- ciliabit, aut ex quo de fornicatione certus est, in pa- ce sustinebit excommunicationis sententiam, infra de sen. excomm. inquisitioni, de adulte. si uir. dicit ta- men se de hoc spacioſus tractas in sum. de adulte. §. quæ poena, uerific. sed nunquid hoc fieri, & se. [Separ- a] debitum uerò denegare debebit, si conscientiam habebat de parentela, licet pro quacunq; notoria consanguinitate non deberet uxorem dimittere. iu- dex tamen, ex quo notorium est, ipsam non restituet quò ad thorum, infra cap. prox. supra de restit. spol. litteras. Inno. [superindictam] coniunctam t̄ uel saltē- citatam ad causam, ut interfit. si. 7. q. i. præsentium, & capit. eum, qui. 3. q. 6. hoc quippe. 2. quæ. 1. in primis. Vincen. [Astringas] idem in quolibet alio impedi- ente, supra de offi. delega. capit. 1. Hostien. [Cognatam] ex- pone, ut supra [Seu publica] dixit Vincen. quid publi- cum per famam: manifestum per euidentiam [Quod] scilicet parentelam esse manifestam, uel publicam. Pe. & Abba. [Primo] ut frater, & soror [secundo] ut filii duorum fratrum. hæc autem potest dici notoria: quia fratres & filii duorum fratrum euidēt se ostē- dunt uicini. ulterius uerò non sic, ut patet de con- fan. & affi. non debet, quando ergo t̄ fama est de ali- quibus, quòd primo, vel secundo gradu sibi attinet, & ipsi hoc fatentur, & iurant, potest sine calumnia tale matrimonium dirimi, & sic nulla alia probatio recipiatur, & sic potest intelligi. 3. q. 5. quæstio. 6. si duo. quod dic, ut no. supra de despon. impu. attestations & uide, quod dixi de eo, qui co. con. super eo, super glo. 1. fed & si sola fama sit de ulterioribus gradibus episcopus hoc potest ex officio suo inquirere, & co- gere inde testificari eos, qui ueritatem nouerint. 4. q. 5. quæst. 6. episcopus in synodo, de testi. co. præterea. su- pra de offi. ord. ca. 1. & 2. quæst. 1. deus omnipotens. & qui hoc scit, denunciare debet, de co. spi. tua [Offi- ci] ad quod t̄ pertinet pro matrimonio stare, infra eod. ex litteris, & colludere uolentibus resistere, de eo qui co. super eo. & illicitum etiam inuitis coniugib; dirimere, & ueritatem inquire, supra de spō. sicut. & cap. cum in tua. Hostien. [Grauitate] præmit- tendo t̄ denunciationem, de qua supra, qui fil. sint leg. per uenerabilem, uerific. præterea. & ne de facili notorium reputes, quod est occultum, uel econ- tra, de app. consuluit, infra de reſcript. cum contin- gat, & quod non sit promptus ad matrimonia sepa- randa, supra de testi. licet ex quadam, in fin. ¶ t̄ Glo. 1. arguit, alle. tria iura, & 4. in contrarium, & soluit. ¶ Gloss. 2. reddit duplē rationem. ¶ Gloss. 3. al- lega. 3. concor. signat unum contrarium, & soluit. ¶ t̄ Glo. 1. ibi. priorde. in fi. 2. nullæ sunt partes iudicis in confessum. ¶ t̄ Glo. 1. ibi quò ad sententiam] & citationem, ut ipse no. de iure iurant. ad nostram. in gloss. 1. alias. 2. & de pur. ca. capit. penult. (¶ in fi.) Vincen. dicebat Hostien. in examinatione non est seruan-

dus ordo iuris. ut in contrariis, nisi id fiat ad caute- lam, de elect. bona. 1. §. contra: uel nisi sit notorium in una terra & non in alia, ubi quidem dantur. 8. dies tantum ad probandum, die obiectioñis non com- putat infra de senten. excommun. solet, de except. pia, lib. 6. In sententia uero semper seruandus est or- do iuris, ut hic, & de sen. excomm. facio, de ap. cum speciali, ff. ad. l. Aquil. proinde in fi. ¶ t̄ glo. 1. ibi. pena est,) propriè cum sit propter adulterium: alias proprie dicitur sententia (¶ in fi.) fuit gloss. Vincen. & di- cebat Ala. & Vincen. & Hostien. hoc esse perpetuum, ut restituatur spoliatus, ubi matrimonium est con- tractum auctoritate ecclesiæ, uel ex postfacto appro- batum: fecus, ubi contra interdictum ecclesiæ, ibi en. in ecclesia neutrum in possessione tuerit. ¶ t̄ glo. 3. in fin. 1. uel hic papa loquitur positiuē: ubi dicit, quòd si etiam parentela &c. ¶ t̄ glo. 4. in fin. 1. in fi. 12. ¶ t̄ glo. & si non esset, ibi. officio suo] sicut & discordes bene coniunctos ex officio suo reconciliat, & ad co- habitandum compellit, supra de spō. ad id quod [¶ ibi. prohibeat] de iure iurant. ad nostram. 2.

## S V M M A R I V M.

1. Uxor repellitur petens restitutionem mariti, si notoriæ fornicata est, nisi in casu, & quo nu. 4. & 9.
2. Credendum non est omni spiritui.
3. Præsumptio uiolenta pacificatur certo.
4. Incessus esse quando dicatur
5. Fornicatio notoria que.
6. Restitutio nunquam facienda, ubi cunq; est notorium & quid.
7. In correlative non fit unum sine reliquo.
8. Vir, & uxor correlative.
9. Adulterium coniugum per quam uiam possit concurrere alia de eo uide nu. 8.
10. Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 7.
11. Negotiatio committenti minori imputatur.
12. Deictus dicitur, qui sponte exiens, rediens non admittitur, in fi.
13. Compensatio fit dolis. §. 1.
14. Mora ultima nocet, ibid. in fi.
15. Additio glo. 9.
16. Adulterium precedens spoliationem non praedictat restitutio- nescus, si sequatur, & quando compensetur, nu. 9. & supranu. 4. de eo alia nu. 5.
17. A possessione est separata causa criminis.
18. Probatio facit notorium.

## C A P V T I V I I I .

**Ignificasti.** Casus. Repellitur si uirionem mariti, si notoriæ fornicata est, & maritus continuat. Et communis diuīſio. 2. ibi, consultationis [Suggestum] nimis fuit cre- dulus, non t̄ enim credendum est omni spiritu. 86. distinet, si quid, nec licet marito etiam ob hanc cau- sam illam dimittere, nisi illud sit certum, uel saltim præsumptio uolenta sit inde 3. 2. quæstio. 1. dixit, & ideo iuste excommunicatur secundum Hosti. (suo) uiri, uel mulieris, & utroq; casu fuit inceſtus, de con- fang. capit. 2. (sobole) ex quo t̄ de sobole conſtat, non potest esse non notorium, si in 11. mense à tempore, quo uir eam dimisit, peperit, in auten. de restit. & ea, quæ pa. in 11. mense. §. unum siquidem, col. 4. Hosti. (Nec) sub. ideò (Postulat) siue agatur petitorio, siue 4. possessorio, iuste denegatur ei restitutio, cum adul- terium esset notori. sic quod non poterat inficiari super terram testimonio gradiente. 28. distinc. prius. quam, nec est speciale in matrimonio. immo ubiq; a que est notorium, facti actu permanentis, ut hinc, uel

## De diuortijs.

de restitu. spolia, in rub. & optime de materia uide in deci. Ro. in l. naturale. §. nihil, si. de acquir. pos. & uide Ioan. And. in spe- ce. & concil. 2. & an idem sit in reuocatione attentatorum, ui- de coacil. 2.

## S V M M A R I V M.

1. Matrimonium separatum propter adulterium mulieris reintegratur, si postea fornicetur, & nu. 10. II.
2. Diuīſio decretalis erat olim sub alio titulo, nu. 4.
3. Violentia purgatur etiam paucis diebus, & carnali copula.
4. In iure, id est coram iudice.
5. Confessio coniugis creditur ad tori separationem.
6. De uxoris alimentis ubi scribatur, & an pro eis bonam mariti, sine obligata.
7. Furtum, id est clam, in fi.
8. Clandestinum matrimonium multis dicitur modis.
9. A correccióne non appellatur, & quando dicitur correctio, iu- dicio contextu.
10. Compensatio mutua fit adulterij.
11. Debitum coniugale reddere quo casu alterum coniugum alteri hic episcopus.
12. Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 8.
13. Necesitas excusat duobus casibus hic.
14. Rei indicat & exceptionem iniquissimum proficeret ei, contra quæ indicatum est. §. 1. excipitur in fin. & nu. 11.
15. Additio glo. 9.
16. Confessio an & quando renocari possit.
17. Super adulterio lata sententia an & quando transcat in rem iu- dicatam, & num. II.

## C A P V T I I I .

- X literis.** Casus. Matrimonium separatum propter adulterium mulieris reintegratur, si uit postea fornicetur. Communis diuīſio. 2. ibi, Vnde fraternitati. Consultatio narrat quinq; 1. allegationem uiri de ui, & metu 2. ibi, Tandem. ac- cusationem adulterij, & mulieris confessionem, & excusationem. 3. ibi, Cumque iudicis monitionem, cui mulier non parebat. 4. ibi, Sane, sententiam, uel ordinationem iudicis. 5. ibi, Memoratus, uiri contra etum, & ipsius appellationem [Qui] uir & uxor [Pan- cū] licet t̄ paucis, purgata tamen esset turpitudo ui- lentia, supra de spō. ad id quod, & capitulo consul- tationi, cum si. & iste numerus saltem duos dies cō- prehendit. 4. quæstione tertia, ubi numerus. quod sufficit, si erant ætatis legitimæ, maximè si in carnis copula concordauerunt, supra titulo primo, in sup. [¶ infra] forte hic deciditur, quòd propter causam expressam, supra glo. prox. non fuit auditus [Int̄ in- re] 1. coram iudice, quod fieri debet, quod dic, ut supra capitulo porrò. Hostien. [Confiteri] cui creditur in hoc casu, cum agatur ad tori, nō ad uinculi sepa- rationem, de hoc de eo, qui co. con. super eo. Eft & alia inter hæc, differentia, quæ patet, supra ut lit. non conteſta. capitulo primo [Necessarij] de alimentis uxoris satiſ no. in spe. qui si. sint leg. uerific. nunc dicamus. & ar bona mariti sibi sint pro alimentis obli- gata, sicut pro dote, in spe. de dona. inter ui. & axo. §. 2. uer. sed nunquid bona [Prouidere] querit excusationem peccati. sic supra de cōſue. qnanto [Adſug- gestionem] & falso. Innocen. [Afferebat] more mulie- bri, vel more furdi. Mat. 7. Goffre. Hostien. [Iniuex- ris] non sententiendo, sed consulendo. Innocen. [In- uicem] quia nec diuortium fieri poterat nisi quòd ad torum [Furtum] id est clam, Goffre. uel id est fine tua.
18. 4. conscientia, multis t̄ enim modis dicitur matrimo- nium. And. super 4. Decre.

nium clandestinum, ut not. de clande. despon. capitulo finali, Hostie. & ideo ponebatur olim hæc decre. in illo titulo, ut patet in secunda compila. [Fatum] utrum s. dictus uir contraxisset cum alias [Explorans] scilicet quod cum secunda cōtraxerat [Appellasse] cui t̄ appellatione non fuit deferendum, cum à correctione non appelletur, de offi. or. licet. & capitulo secundo, Hostien. [Sires ita] omnia superiore respicit, de rescriptis olim [Redire] argumentum contra supra capitulo proximo. Solutio cum per ipsorum confessionem constet de adulterio atriusque, mutua fuit compensatio, supra capitulo proximo, in fina. & sic concordium Innocentium & Hostien. [Compellens] Ioannes. trigesimo, quæstione prima, nosce, in fine. ultima glossa, & trigesimateria quæstione quinta, quod deo pari, in glossa secunda, allegat. hanc decreta. ad probandum, quod

6. si uir, & uxor promiserunt perpetuam continentiam, & alter fornicetur, licet reliquias debitum petere non possit: episcopus tamen illum ad id cogit. sed ista decreta. hoc non probat. vide quod plene scripsi, de conuersio. coniu. dudum, super uersi. castitatem. ¶ Glossa prima signat contrarium.

7. ¶ Glossa secunda querit, & aliam quæstionem infert, quam soluit per l. cui respondet, ponit opinionem, & soluit. ¶ Ultima glossa querit, arguit pro, & contra, soluit, ponit op. Hug. quam reprobavit in s. no.

8. & remittit, & signat contrarium. ¶ In t̄ glossa prima, ibi. l. u. excusat pater, qui ex necessitate uictus distractit filium [¶ ibi, sed ipso] non committit ingratiudem filia, qua post uigesimali quintu annum innupra peccat in corpus suum. ¶ In glo. ult. ibi, quod a uore iude de mu. petitio. capitulo secundo, super glo. secunda [¶ ibi, sed bodie] uide de conuer. coniuga. gaudemus, in secunda glossa. [¶ ibi, euidenter] sequitur, inquisitum est proficere rei iudica. exceptio nem ei, contra quem iudicatum est [¶ ibi. s. ultimo] uide de deci. ex transmissa, super prima glossa [¶ ibi, non fraudantur] uide de collusi. capitulo tertio, super ultima glossa [¶ ibi, condemnatus] prodest in hoc ut contra quem licet tunc insolidum agi non posset, ut le. Paulus [¶ ibi, nec enim] uide de adulte. capitulo finali, super prima glossa. ¶ In glo. 1. ibi, itane) & de hoc, infra de fur. capitulo tertio, & Hostien. remittit ad summam, de furtis. s. primo, uersi. sed queritur quare [¶ in s.] solue ut ibi. ¶ In glo. 2. ibi, videtur) dic quod forte sic, priuio propter periculum animæ utriusque, quod in talibus imminet, de postu. bonæ, primi. secundo propter fauorem matrimonij, supra titulo proximo, uidetur, in s. tertio propter timorem collusionis, infra de coll. dete. audiuius. Goffr. & Hostien. [¶ ibi, per tormentum] alias sponte in iure facta, etiam super crimine præiudicat ff. de cu. & exi. re. si confessus, de cle. per inquisitionem, de conce. præ. capitulo secundo (¶ ibi, renouari) ut sic æquiparetur causa matrimonialis causa liberali. C. de liberis. causa. le. interrogata, secundum Vincencium, sed hic non erat causa de foedere matrimonij (¶ in fine) imò posset, trigesimaqua rata quæstione secunda, in lectum, uel sine calumnia hoc potest intelligi sic, scilicet quod episcopu straxit mulierem ad patrem, & ibi fecit primam confessionem, & tunc episcopus admonuit illam, ut hic dicitur, & hoc cau si acquiesceret, bene poterat renouari, sed ipsa hoc amplius manifestabat. Sed huic intellectui contradicit textus, Publicè. sed illud dicitur, quia coram episcopo, & socijs hoc siebat, licet accusatore absente. vel dic, quod adhuc non erat scripta confessio, & ideo statim, idest antequam contrarius actus interueniat, locus estre-

uocationi secundum ea, quæ no. de elec. quia propter, super uersi. mox. Hostiensis facit ad no. de iure iurau. cum in positionibus, in glossa, ut unum, libro sexto. ¶ In t̄ glossa. tertia, ibi, uidetur) contrarium uidetur ex illo uerbo, scilicet priuatim. nam si fuisset sententia, non fecisset id priuatim, sed publicè. & fuit quædam industrialis prouisio, vt uerum probaret, an ex collusione id factum esset. Goffr. Hostien. (¶ ibi, sententia) ita quod ipsius sententia deinceps non obstat exceptio, secundum Hostien. Dicit enim hoc cau potiora mulieris iura. Nam pro ipsa facit uinculum matrimoniale, quod nunquam fuit ruptum, ut not. supra capitulo secundo, ius naturale, à quo firmatur, insti. de iure natura. circa princip. quod semper stabile permanet eodem titulo. s. fed naturalia, & C. de ue. iu. enu. lege secunda. ¶ sed quia auctor ipsius. quod dic, vt supra de frigi. capitulo finali, cōtentia pūlū, sup. de eo. q. eo. cōfan. Iordanæ, & q. fi. legi. perlatum. Apostoli præceptum, contra quod nulla debet obstarre exceptio regulariter, de coniug. lepro. quoniam. Pro uiro faciliter adulterium à muliere commissum, sed deletur exceptio propter mariti adulterium, supra capitulo proximo; in fine. exceptio rei iudicata, quæ cum de jure ciuili sit, non est mirum, si ab alijs tanquam fortioribus enerueretur. imò nec sententia lata propter adulterium transi in rem iudicatam, donec separata propter adulterium ingressa sit monasterium, & professio. cum prius maritus eam reconciliare posset in uitam, ut no. in glossa sequenti, quod non posset, si in rem iudicatum trāsiret, danda est igitur pro muliere sententia, cuius iura sunt potiora. C. de edic. dui. Adri. tol. lege finali, de poſt. præ. bona secund. ad finē. de his plenē in summa, eodem titulo. s. quot modis, sub. s. generaliter. ¶ In t̄ glossa ultima, ibi, condemnatus) prodest in hoc, ut contra quem libertate insolidum agi non posset<sup>b</sup>. Goffred. (¶ ibi, ut Lauren. dixit) sequens Pet. His. Idem hic Vincen. & Goffr. Phi. Idem Hostien. donec religionem integratur, & professio sit. placet Bartho. in domini. trigesimaqua rra. unde dixit Goffr. supra de eo, qui du. in matri. ex literarum, quod lata sententia super criminis nocens innocentem nō poterit de mona. reuocare, alle. decret. ultimam, de conuer. coniug. arguendo de spirituali fornicatione ad carnalem. dicit etiam ibi, quod ante sententiam etiam innocens ingredi non posset. intelligit cap. Agathosa, quando super fornicatione est lata sententia, aut quando is, qui reuocat, agit petitorio: quia repellitur prætextu adulterii: securi, si agat restitutorio: quia tunc non repelletur obiectu criminis, de restitutorio. spoliatorum, item cum quis. C. de donationibus inter uirum, & uxorem, si maritus. ad decre. supra proximan respondebat, ut ibi dixi super glossa secunda (¶ ibi, ubi de hoc) & trigesimasecunda quæstione. 7. Apostolus, & vige sima septima quæstione secunda, Agathosa (¶ in s.) dic ut infra de regu. iur. factum legitime, libro sexto.

#### ANNOTATIONES.

- a. Bona Est ibi uide Joan. And. d. Cy. Bal. & distin. Bar. de Sali. in le. quod in uxo. C. de ngo. gefis. & Barto. post Di. in le. si cum dorem. s. sinautem. ff. fo. matri.
- b. Posit. Ex u. sententia, prima enim actione potest, & ibi uide Barto. in l. Paulus, alleg. glo.

#### S V M M A R I V M.

1. Uxor à uiro lapsi in hæresim si diueriat, quando redire compellatur ad eum. Quid si ob aliud eius diuerterit mortale peccatum,

tum. num. 2.

2. Diuortij sententia non obstat ei, pro quo lata est: sed ei, contra quem, & num. 3, distinguuntur, & quando transeat in rem iudicata, num. 3.
3. Inter fornicationem spiritualem, & carnalem quæ differentia. Reconciliatio coniugum excluditur & quomodo, in fine.
4. Epilogus, & additio glossarum. num. 5.

#### C A P V T VI.

¶ **Eilla.** Casus. Si t̄ uxor à uiro lapsi in hæresim propria auctoritate diuertit, ad eum reuersum redire compellitur: securi, si per iudicium ecclesiæ fuerat separata. secunda ibi. Si uero. hæc decreta. loquitur de his, quorum alter ad hæresim labitur. Idem credo de duobus, quorum alter conuertitur [Declinavit] q̄siuisti, si marito reconciliato cogenda sit, ut ei cohabitaret. Hostien. [Maxime] benè maximat secundum Hostensem: quia idem est, si alia intentio ne discessit [Nullatenus] argumen. supra capitulo proximo. Soluto. ideo uir compellitur eam recipere: quia post sententiam uir commisit adulterium. unde sententia non debet sibi prodesse, cum quasi fecerit contra eam. at hic conuersus post laram pro se sententiam nihil fecit contra ipsam. uel in contrario nullu fuit lata sententia, sed tantum continentia indicta, aliás idem esset ibi, quod hic. Quid si latum fuit diuortium ideo, quia ipsum trahebat ad homicidium, uel latrocinium, uel aliud mortale ab hæresi. Dicunt quidam, quod idem, quod in hæresi: quia nullam, uel uilem causam inuenies, quare non idem sit in omnibus. Alii dicunt, quod pro aliis criminibus nunquam ferenda est sententia separatis, & imputet sibi uir, qui ante professionem reconciliari noluit, supra de officio delegati, cum super. ¶ Glossa t̄ prima dat simile. ¶ Glossa secunda reddit rationem. ¶ Ultima glossa signat contrarium, ibi remittit, & soluit. ¶ In t̄ glossa secunda, ibi, quod autem] & l. d. ferrum. ¶ In glossa ultima, ibi, standum est] unde dicit Ala. hic uetus correctum per illud nouum. Philipp. dixit illud intelligentum secundum hanc distinctionem [¶ in fine] hoc adde, quod ibi no. ubi etiam posui quoddam dictum Goffred. hicnot. & Hostien.

hic talem inter illas differentiam esse, quia si propter spiritualem fornicationem coniunx dimittat coniugem, licet non sit lata sententia, non cogit ecclesia fidem adhærere infidelis, argumento uigesimali etiua. quæstione prima, si infidelis. sed in carnali distinctione cogitur secundum quodam, sed remittit, supra capitulo porro. Reconciliato uero ad fidem omnino cogitur adhærere, ut hic infra capitulo proximo, in fine. si autem per ecclesiam sit latum diuortium, in spirituali non cogitur redire ad reconciliatum, si uult religionem intrare: aliás cogitur, in princip. de cœcta. fina. de conuerso. coniugato. in carnali semper cogitur, nisi fuerit professa. debet enim episcopus monere maritum, ut recipiat uxorem. si non uult, tradet illam mona. ad pœnitentiam peragendam, re autem integræ, idest ante ipsius professionem, maritus illam educere poterit: post professionem non poterit, per decreta. gaudentem, de conuer. coniuga. & ibi, dixit super uer. collocare. ad hoc eodem titu. ex publico, ff. de opt. lega. mancipiorum. dicit ergo Hostien. ex prædictis patere duo requiri, ut sententia diuortii lata propter adulterium mulieris transeat in rem iudicatam, scilicet quod sit lata, & quod per modum prædictum mulier sit professa. nec primum solum sufficit, nec secundum solum uiro in seculo remanente, & illam repetente, nisi & ipse adulteratus esset, de conuer. coniugatorum, ueniens, & dixi, eodem titulo, ex parte. primo, uel dic, quod quod ad uirum, pro quo lata est, transit in rem iudicatam, nisi intra decem dies mulier appellauerit

